ibi ē redire cogor ad ſeculū ⁊ pr̄ q̄ rn̄dit fili⁹.
In terra tua eſt ꝙ tacito iuuenes moriunt̄ ſi
cut ſenes. Iuuenis igit̄ licet ſim mori timeo.
vitā ꝑdere eternā. Cui pr̄ nolo fili. ꝙ ad ſecu
lum redeas ⁊ me ſequaris. ſʒ ego ſequar te. et
vitam eternam poſſideam.

Feria ſecunda poſt Reminiſcere

Ego vado et que
retis me. ⁊ in pctō vr̄o moriemini.
x Iob. viij. Ubi dicit ꝙ inter alia vicium
ingratitudinis peſſimū ē. Uñ Seneca in li.
de beneficijs. Nullū bñficiū dandū eſt negli
genti. imo bñficiū datū auferendū ē. Uñ ca
nō ⁊ leges dictāt extra de dona. c. vlt. xij. q. ij
octaua diſcuſſio. ⁊ C. de reuocādis donatio
nibus. l. vl. ꝙ ingrati pñt priuari grā ſibi con
ceſſa. puta ſi ex ingratitudine iniuriant̄ dona
tori iniſciendo violentas man⁹ aut atrocē in
iuriā intulerint vulnerando fuſtibus ceden
do vel graue dampnū rex ſuax. vel ꝑiculū vi
te inferre ꝑſumpſerint. vel ſi cōditionē appoſi
tā nō impleuerint. Nā accidit caſus ꝙ quidā
epīs abbati ſancti Anſberti magna ⁊ pinguia
beneficia cōtulit. tali iuramento ⁊ fide. vt do
mino ſuo epō fideliter ſeruiret. qui ꝯ faciens
cōqueſtū ē dn̄o honorio pape. de ipſius abba
tis iniuria. mandat papa. ex quo iſte ingratus
fuit ꝯ epm̄ ſuū a quo bona beneficia habuit.
ꝙ ab eccl̄ia ſua ⁊ beneficijs ꝑpetuo abſcinda
tur. Sic ad ꝓpoſitū qꝛ dn̄s de⁹ donator om
nium bonoꝝ ꝑplo iudaico quaſi ꝑplo electo ⁊
dilecto multa ꝯtulit bñficia ⁊ grās. puta ele
ctionis in peculiarē ꝑplm̄. ꝓtectiōis ꝯ aduer
ſariū. cibatiōis in deſerto ⁊ eductiōis de egi
pto ipſi tn̄ ſemꝑ vt ingrati nō ceſſantes atro
ces iniurias ei inferre. beneficioꝝ obliuione
idoloꝝ adoratione. ⁊ tandē filij ſui mortifica
tione. merito omnibus gratijs ſunt priuati ⁊
ad morteꝫ eternā iudicati. quā mortē chriſt⁹
y eis ꝑdixit ⁊ cauſaꝫ notauit di. Ego vado. ⁊c.
Queritur an iudei qui vt cōiter moriuntur
in ſua ꝑfidia debeat ſuſtinere ⁊ defendere ſan
cta mater eccl̄ia. ⁊ videt̄ ꝙ nō. Iob. xv. Si
quis in me nō manſerit. mittet̄ foras ſic pal
mes ⁊ areſcet. ⁊ colligent eū ⁊ in ignē mittent
⁊ ardet. Itē ſm̄ leges. oēs heretici ſunt de ci
uitatib⁹ expellendi ⁊ vltimo ſupplicio traden
di. nec aliquid loco eis relinquendū ē. qꝛ eti
am ipſis clementis ꝑ eos fit iniuria. C. de he
reticis. l. arriani. ⁊ qđ de hereticis dr̄. etiā de
iudeis tenendū ē. qꝛ vbi par ē rō. par dꝫ eſſe
iudiciū. xxxij. q. i. apud. ⁊ ff. ad. l. aquiliā. ad
illud. Sed mater eccl̄ia. nō eſt mr̄ ſeueritatis
ſed pietatis. ⁊ ideo dꝫ potius expectare iude
oꝝ ꝯuerſionē q̄ꝫ feſtinare ad eoꝝ dānationeꝫ
xlv. di. qui ſincera. Dico ꝙ mr̄ eccl̄ia que eſt
mater miſc̄die ⁊ pietatis nullū refugientē de
ſpicit. ſed oēs ad ꝓtectiōis gremiū clement̄
ſuſcipit ⁊ ꝯuerſionē eoꝝ expectat. Sed ꝙ iu
deos nolentes ꝑfidia redire ad gremiū mr̄is
eccl̄ie ſuſtinet ⁊ nō hereticos eſt triplici ꝺ cā.
Primo in penā dānatiōis ſue. viuunt em̄ iu
dei in grauiſſima miſeratione ſubiectione mi
ſerabili ſeruitute. ⁊ multiplici erūna ⁊ miſeria
in penā ⁊ vindictā ⁊ hec durabit donec ſciāt
⁊ cognoſcāt ꝙ de⁹ dn̄abit̄ Iacob ⁊ finiū ei⁹
q̄uſq̄ ꝯuertant̄ ad veſpas. i. cognitionē veri
luminis ⁊ xp̄i. Uñ vt habet̄ extra de iudeis
ꝯſuluit in glo. i. Coſtantinus impator ꝓpter
mortē xp̄i ſubiecit iudeos huic miſerabili ſer
uituti ⁊ eccl̄iam ad honorē dei multis liberta
z tibus dotauit. Scdō ne memoria ſancto
rū patꝝ ⁊ ſpēaliter paſſionis xp̄i extingueret̄
vt q̄ñ oculis eos inſpicimus ⁊ adhuc eorum
maliciā videmus ⁊ ꝑtinaciā cogitem⁹ ꝙ ipſi
ſunt quoꝝ pr̄es ſancti abraā. yſaac ⁊ iacob et
alij ꝓphete ex eoꝝ genere xp̄m filiū dei icarnā
dum. crucifigendū ⁊ moriendū. figuris ⁊ au
ctoritatibus ꝓnunciauerūt ⁊ quoꝝ ꝑdeceſſo
res xp̄o mortem intulerunt. Tertiū ne pactū
dei irritet̄. nā Moiſes dixit iudeis. vt habet̄
Deut. iiij. Nō ſi patrātes malū corā domi
no deo vr̄o. vt eū ad iracūdiam ꝓuocetis. te
ſtes inuoco celū ⁊ terrā cito ꝑituros vos de
terra quā trāſito iordane poſſeſſuri eſtis. nō
inhabitabitis in ea longo. ſed delebit vos do
minus atq̄ diſperdet in oēs gentes ⁊ rema
nebitis pauci in nationib⁹. ad quas vos dn̄s
ducturus eſt. ⁊ ſequit̄. nō tn̄ dimittet te. nec
A delebit te oino. Sed dicis ex q̄ nolunt cō
uerti ſed in ꝑfidia ꝑmanere. an ſint cogēdi ad
fidē ne moriant̄ in pctīs eoꝝ. Dicendū ꝙ nō
ſunt cōpellendi. qꝛ ſm̄ aplm̄ coacta ſeruitia
deo nō placent. Uñ. xlv. di. de iudeis ſic dr̄.
De iudeis aūt precepit ſancta ſynodus. ne
mini deinceps ad credendū vim inferre. cui
em̄ deus vult miſeret̄ ⁊ quē vult indurat. nō
em̄ tales inuiti ſaluandi ſunt. quia nullus in
uitus fit bonus. ſed volens. Sicut enim bō

ſcʒ adā ꝓpria arbitrij volūtate ſerpenti obediens peꝑit. ſic vocāte ſe grā dei ꝓprie mentis cōuerſione quiſq₃ credendo ſaluat̄ ꝗ nō vi. ſed libera arbitrij volūtate ⁊ facultate. vt ↄuertātur ſuadendi ſunt. ⁊ nō vllo mō īpellendi. Debēt eīm auctoritatib⁹ rōnibus ⁊ blandimētis ſ. ꝑmiſſionib⁹ ⁊ munerib⁹ ad fidem ꝓuocari. ¶ Sʒ quid de pueris iudeoꝝ ⁊ alioꝝ infidelium. an inuitis parentibus ſint baptizādi. Reſpōdet. s. tho. ꝙ ſimplr̄ nō licet puulos eorū ipſis inuitis baptiſare. ſed qn̄ ad ānos diſcretionis ꝑueniunt pn̄t fidē ſuſcipe. etiā parentib⁹ inuitis. Dicit etiā ibidē doctor. ꝙ ↄſuetudo maximā hʒ auctoritatē. q̄ ſemꝑ eſt in omnib⁹ imitanda. hoc aūt ecclīe vſus nunq₃ habuit. ꝙ iudeoꝝ filij inuitis parentib⁹ baptizarent̄ q₃ q₃ aliqn̄ fuerint principes potentiſſimi quib⁹ familiares fuerūt ſanctiſſimi epi. vt ſilueſter ↄſtātino ambro. theodoſio. qui nullo mō hec ꝑmiſiſſent ab eis impetrare. ſi hoc eēt ↄſonū rōnis. Et iō piculoſū videt̄ hāc aſſertionē de nouo inducere. vt iudeoꝝ puuli inuitis parentibus baptizarent̄ ꝓpter duo. Primo ꝓpter piculū fidei. q₂ baptiſmus an̄ vſū rōnis de facili ad ꝑſuaſionē parentū ꝑuertet̄. Scđo quia filius an̄ annos diſcretionis. ſcđm naturalē inſtinctū dʒ eē ſub cura parentū. hec tho. in quadā queſtione de q̄olibet. ⁊c. ¶ Quantū ad expoſitionē lr̄alem ⁊ ↄtinuationē euāgelij ē notandū ꝙ ſancta mr̄ ecclīa ſolicitā curā hn̄s de filijs ſuis ꝑ iſtud ſacꝝ tempus eos a malis retrahendo. ⁊ ꝑfectū virtutis ꝓuocando aliqn̄ obſecrat. vt ꝓuocet. aliqn̄ munera promittit vt alliciat. aliqn̄ penas ↄminat̄ vt timorē incutiat. Et iō ſicut heri ꝑmiſit munera btītudinis vt alliciat. ſic hodie minat̄ mala vt timorē incutiat. ⁊ ſcđm hō tres ſunt ꝑtes euāgelij

In prima ponitur dura ↄminatio ibi In peccato veſtro. ⁊c.

In ſecūda ſtricta chriſti examinatio ibi Multa habeo vobis loqui. ⁊c.

In tertia determinata chriſti paſſio ibi. Si exaltatus fuero. ⁊c.

¶ Quantū ad primam

ꝑtē eſt notādū. ꝙ cū mali, ⁊ obſtinati vt plurimū retrahabant a malis opib⁹ cōminatōe magis q₃ ꝑmiſſione. plus timore q₃ amore. Jō xp̄s cogſcens phariſeos obſtinatos in malicijs. cū nollēt ſuis rōnibus aſſentire. nec promiſſiones aduertere. terret eos cōminatione di. Ego vado. ſ. voluntarie ꝑ paſſionē ⁊ mortem ad prēm. ⁊ queretis me. ſ. poſt mortē in vr̄a deſtructione ad liberationē. ſed ꝓpter incredulitatem ⁊ obſtinationē in pctō obſtinationis moriemini. ¶ Moraliter eſt notandū ꝙ inter oīa delectatio maxime hoīem trahit ſiue ad bonū ſiue ad malū. ita fortiter etiā qn̄q₃ ligat ad delectabile. ꝙ nec cōminatōe nec ꝑmiſſione ſolui poſſit. ſicut pʒ in filio capto. Et iō phs docet. ij. ethi. ca. vij. ꝙ a delectationibus ⁊ delectabilib⁹ maxime ē cauendum ⁊ ꝙ debemus nos ad ea habere. ſic ſenes plebis troiane ſe habuerūt ad helenā. qui viſis malis ciuitati iminere ꝓpter eā. iudicauerunt eā eſſe abijciendā. Sic etiā cōſideranda ē delectatio an ſit bona vel mala. ſi bona tenenda eſt. ſi mala anteq₃ illaqueat ⁊ ad mortē inducat abijcienda ¶ Un̄ delectatio ſiue cōcupiā ē gn̄ale viciū a q oīa mala oriunt̄. Trahit eīm. *B*

Quoſdā ad preſumptionem per exceſſum. *C*

Quoſdā ad deſperationem per defectum.

Quoſdā ad dilectiōem ꝑ directū. Dico primo ꝙ delectatio ſiue ↄcupiā q̄ſdā trahit ꝑ exceſſū ad p̄ſūptionē. ⁊ ad mortem eternā. Naʒ cū aliquis in ſuis factis nimiū delectat̄ acquirit ſpem īmoderatā alicuius boni poſſibilis. Et hoc pōt fieri duplr̄. Aut ꝑ ꝓpriā virtutē q₂ de ꝓpria virtute tm̄ cōfidit. ꝙ nimiū excedit ꝓpriā facultatē. Sic quidā p̄ſumūt loqui ⁊ fabulari de magna ſciā ⁊ nouis inuentiōib⁹ p̄ferentes ſe p̄deceſſoribus ſuis. ad hāc ſpeciē p̄ſūptiōis vt poſſe referre illud eccl. xxxij. Audi tacens ſil̄ ⁊ querens ⁊ in medio magnatoꝝ loqui nō p̄ſumas. Aliqui p̄ſumūt de proprijs virib⁹ ſicut holofernes ↄ̄ iudeos. q̄ tn̄ ↄfuſus ꝑ mulierē mortu⁹ eſt. ↄ̄ quem iudith orauit ad dn̄m dicens. Dn̄e de⁹ celi ⁊ terre intuere ſupbiā illoꝝ. ⁊ reſpice ad nr̄am hūilitatē. ⁊ oñde ꝙ nō derelinquis p̄ſumentes de te. ⁊ p̄ſumentes de ſe ⁊ de ſua virtute glīantes hūilias. iudith. vi. Iſto modo iuuenes ⁊ ebrij multa p̄ſumūt ⁊ ſūt magne ſpei. ſic dicē areſt. ij. reth. Cuius eſt rō triplex ſcđm tres cōditiōes ipſius obiecti ſpei. Obiectū eīm ſpei eſt bonū arduū ⁊ poſſibile. Quia aūt iuuenes ⁊ adoleſcentes multū putāt ſe hr̄e de futuro ⁊ paꝝ hn̄t de p̄terito. memoria aūt ē preteriti. ſpes vero futuri. Jō multum hn̄t de ſpe ⁊ de poſſibili. ⁊ paꝝ de re ⁊ de actu. Un̄ hic materia

prima dr̃ eſſe in potentia ad oĩs formas. et
q̃ꝫtomagis actiat̃. tãto plus ꝑdit de potẽtia/
litate. Ita adoleſcẽs ſiue iuuenis. dum eſt in
adoleſcentia ⁊ in potentia ad omnẽ actũ ⁊ ſta
tũ põt eſſe ſacerdos eṗs papa. ſed cũ creuerit
modicũ vix ſufficiet portare aquã bñdictam
Sc̃da cã eſt caliditas nature. hñt eñ copiã
caloris ⁊ ſpirituũ. ⁊ iõ cor in eis ampliat̃. Ex
ampliatiõe aũt cordis hõ tendit in ardua. vñ
ṗs. viã mãdatoꝝ tuoꝝ cucurri cũ. ⁊c̃. Tertia
eſt inexpientia. Illi qui nõdũ paſſi ſunt diffi/
cultates ⁊ reſiſtentias in factis ſuis. audaces
ſunt ad tẽptandũ oĩa. Illi vero qui iã frequẽ/
ter ſuſtinuerũt reſiſtentias in conatib⁹. nõ de
facili ea temptãt. Et hec eſt cã quare iuuenes
nõ debent fieri duces belloꝝ. ſic dr̃. iij. topi/
coꝝ. nemo iuuenes eligit in duces. eo ꝙ non
D ꝯſueuerũt eſſe prudentes. Aliq̃ ꝑſumũt de
ꝑfectione. qui adhuc ſũt in inchoatiõe q̃ꝫtũ/
cunq̃ꝫ aliquis ꝓfecerit ſemꝑ reputare ſe debꝫ
incipientẽ. eccl̃. xviij. Cũ ꝯſũmauerit hõ tũc
incipit greg. in mora. Teſcit mens ꝑ torporẽ
veteraſcere. q̃ ſemꝑ ſtudet ꝑ deſideriũ incho/
are. Idem Si in bonis inchoatis nolumus
lateſcere. valde neccẽ eſt. vt ſemꝑ ea credam⁹
nos inchoare. Vñ dixit quidã pr̃ cuidam fra/
tri dicenti. Ego mortu⁹ ſũ mũdo. ⁊ ſi tu mor/
tuus es ait pr̃. diabolus tñ mortuus non eſt.
Alio mõ põt quis tendere in aliqd̃ bonũ vt
poſſibile ꝑ virtutem ⁊ miſc̃diam diuinã. qd̃
nõ eſt poſſibile. ſic cũ aliquis ſe ſperat veniã
obtinere ſine pñia. vel gl̃iã ſine meritis. que
ꝑſũptio ꝓprie eſt ſpecies pcĩ in ſpũm ſanctũ
q2 ꝑ hmõi ꝑſũptionem tollit̃ ⁊ ꝯtemnit̃ adiu
toriũ ſpũſſancti. ꝑ qd̃ hõ reuocat̃ a pctõ. Et
hi licet q̃rãt ieſum. tñ moriunt̃ in ſuis pctĩs.
Sed vr̃ ꝙ ꝑſũptio nõ ſit pctm̃ cauſans ho
mini mortem. Nã illud qd̃ eſt pctm̃ cauſans
mortem nõ excuſat a pctõ. ſed ꝑſumptio excu
ſat a pctõ. Dicit eñ mgr̃. xxij. di. ſc̃di li. ſen.
ꝙ adã min⁹ peccauit. quia ſub ſpe venie pec/
cauit. quod videtur ad preſumptionem per/
tinere. Reſpondet ſanctus tho. in ſc̃da ſc̃de
Qd̃ peccare cũ ꝓpoſito ꝑſeuerãdi ĩ pctõ ſub
ſpe venie. ad ꝑſũptiõem ꝑtinet ⁊ hoc nõ dimi
nuit ſed auget pctm̃. Peccare aũt ſub ſpe ve/
nie q̃ñq̃ꝫ ꝑcipiende cũ ꝓpoſito abſtinendi a
E pctõ ⁊ penitendi. hoc nõ eſt ꝑſũptiõis. ſꝫ hoc
pctm̃ diminuit. q2 ꝑ hoc videt̃ hr̃e nõ tantam
min⁹ firmatã ad peccãdum. Dico ſc̃do ꝙ

delectatio quoſdã trahit ad deſꝑatiõem. nã
q̃ñ affectus alicui⁹ amore inficit̃ alicuius rei
corꝑalis. vt puta. mulieris. veſtis ornat⁹. glo
rie. honoris. curioſitatis. ⁊ hmõi. tunc hõ fa/
ſtidit bona ſpũalia. ſic̃ eſt ꝑdicatio. ꝯfeſſio pe/
nitentia. orare. frequentare eccliã. nec hmõi
reputat valere. nec ſapiunt talia tãdiu q̃uſq̃ꝫ
poſtea ea nõ eſtimet poſſibile ſibi adipiſci nec
ꝑ ſe nec ꝑ aliũ. Vñ diffidit de ſe ꝙ nõ poſſit
penitere ⁊ ſatiſfacere ſufficient̃ de malis ſuis
⁊ diffidit de miſc̃dia dei. ꝙ eũ iuuare nõ poſ
ſit. ⁊ ita deſperat. qd̃ eſt etiã pctm̃ in ſpiritũ
ſcm̃ ⁊ maximũ in q̃ multi hoĩes moriunt̃. Vñ
ſuꝑ illud ꝓuer. xxiiij. Si deſperaueris lapſus
in die anguſtie minuet̃ fortitudo tua. dic̃ gl.
Nil eſt execrabili⁹ deſꝑatiõe qua quilibet ĩ ge/
neralib⁹ hui⁹ vite laborib⁹ ⁊ qd̃ peius eſt ĩ fi/
dei certamine ꝑdidit ꝯſtantiã. Et iſi. in li. de
ſum. bo. ꝑpetrare flagitiũ aliqd̃ mors eſt aĩe.
ſed deſperatio eſt deſcendere in infernum.
F Sic deſperauit cayn fratricida q̃ dixit ma
ior eſt iniq̃tas mea q̃ꝫ vt veniã merear. Geñ.
iiij. Dis dat̃ hec doctrina ꝙ ꝯſiderare debẽt
ꝙ dei miſc̃dia excedit magnitudinem. multi/
tudinem ⁊ lõgitudinẽ oĩm pctõꝝ. Vñ autor
de ſpũ. c. iiij. Nemo d̃ dei miſc̃dia diffidat q2
maior eſt ei⁹ miſc̃dia. q̃ꝫ ſit pctõris miſeria.
Et q̃ſquis ad deũ toto corde clamauerit ex/
audiet illũ q2 miſericors eſt. Et iõ cũ dauid
grauiſſime peccaſſet in adulterio ⁊ hoĩcidio.
poſtq̃ꝫ dixit dño peccaui. dixit ei ꝓpheta na/
than. dñs exaudiuit ⁊ abſtulit a te pctm̃ tuũ
ij. reg. xij. Et iõ ṗs. dicit laudando ei⁹ miſeri
cordiã. Suauis dñs vniuerſis. ⁊ miſe. eius
ſuꝑ oĩa oꝑa eius. Accidit ĩ dioceſi norbicen/
ſi duos eſſe ſocios. vn⁹ multis malis implica
tus ⁊ alter deuot⁹. Malus dũ frequent̃ a bo/
no ſocio culparet̃ vitã emendare. ſociũ ſuum
deridens miſc̃diã dei tãtã eſſe aſſeruit ꝙ ſal
tem in fine mortis ſibi ſufficeret. Miſer tan/
dem ille occulto dei iudicio infirmari ꝑmitit̃
Sed ſoci⁹ bon⁹ de ſalute ei⁹ heſitãs. lãguen/
tem ad ꝯfeſſiõem ⁊ pñiam induxit. rogãs eũ
vt dei miſc̃die recordaret̃. de qua ſan⁹ multũ
ꝑſumebat. ſed diabolus q̃ eũ vſq̃ꝫ in finem ꝑ
ſumere docuerat in ipõ fine docuit deſperare
Nocte vero mortis ipius viſio talis ſocio bo/
no mõſtrata eſt. Vidit ieſuꝫ indutũ clamide
coccinea ſpinis caput coronatũ. manib⁹ pedi
buſq̃ꝫ ſanguine vulnere irrigatũ. ⁊ in ſiniſtra

manu crucē tenentē. rubro vulnere laterꝫ cū
humero denudato. corā lecto ſocij infirman-
tis aſtare. ꝛ hec ſibi blādis verbis dicere. Ec
ce inquit. qualē ꝑ tui amore ꝑtuli paſſionem
cerne caput meū ſpinoſū. vide corpus totum
ſanguine cruentatū. ꝛ lateris apturā aduerte
q̄ ꝛ quanta ſuſtinui ꝓpter te. pete igit̄ miſeri
cordiā meā magnā. ꝛ licet ingratus ſis. ꝛ eaꝫ
nō merueris tn̄ tibi ꝯcedā veniaꝫ delictorum
Ad hec ille de mane plen⁹ dixit. Scio inqt.
dn̄e miſcdiam tuā magnā. ꝛ ſcio nihilomin⁹
ꝙ iuſticia tua non eſt fruſtra. Vn̄ licet ad me
ſaluandū fortaſſis tua miſcdia te inclinet. ne-
quaq̄ȝ iuſtitia tua hoc ꝑmitteret. ꝛ nō meritis
meis paucis ꝛ nullis de tua iuſtitia ſaluari nō
poſſum. Et fons miſcdie adiūxit clemen̄t. im
mo inquit. inſtan̄t pete miſcdiam meā. qꝛ lꝫ
iuſtus ſim. tn̄ in opibus meis nulli ē miſcdia
poſtponēda. Ille miſer incepit denuo ꝯ mi-
ſericordiā dei diſputare. aſſerens ſe d iuſtitia
ꝯdēnatū. nec velle miſcdiam petere vllo ſen-
ſu. Recepit igit̄ ſaluator ſue pietatis repulſā
ꝛ volenti dānari. iuſte verſus eſt in ſeuitiam.
acceptaq̄ȝ manu dextra vt ſocio dormiente
apparuit in vulnere lateris īmerſam. ꝛ cruore
repletā extraxit. piectoq̄ȝ ſanguine ī faciē mo
rientis. dixit. Ecce inquit miſerrime ſanguis
meus in die vltionis ē ſignū ꝯ te mōſtrāduꝫ
ꝙ hr̄e potueras miſcdiam ꝛ illā reſpuiſti. ſo-
cius inſuꝑ ex viſione terribili ſtupefactus vo
lens currere ad infirmū ſociū viſionē hāc nar
rare. faciē verſā ad pietē inuenit ꝛ totū corp⁹
rigidū ꝛ extenſuꝫ facieq̄ȝ vndiq̄ȝ recenti ſan-
guine cruentatā. quā nec aqua frigida nec ca
lida abluere poterat in ſignū ſue dānationis
G Qui tertio ꝙ delectatio quoſdā trahit per
directū ꝛ ꝑ mediū v̄tutū ad dilectionē dei.
hi eīn relictis extremis. ſcꝫ vitiorꝫ ſeu rerꝫ tpa
liū. ſolū ꝑ mediū ꝛ in medio virtutū q̄runt ie
ſum ꝛ ſalutē ꝛ inueniūt ꝛ mortē euadūt eter-
nā. Vn̄ hiere. xxix. Cū queſieritis me in toto
corde vr̄o inueniar a vobis. Et notanter dic̄
in toto corde. qꝛ ſi alia a deo. ſicut ſunt terre-
na trāſitoria. ꝛ pctā diligam⁹. deum toto cor
de nō querim⁹ nec eū ꝑ ꝯñs inuenimus. Vn̄
ambro. in li. de fuga ſeculi. ꝛ recitat̄ in decre
tis. xij. q. i. Cui portio dei ē. nihil dꝫ curare.
niſi deū hr̄e. Sꝫ dicis in mundo nihil aliud
diligo niſi xp̄m. quē toto corde hr̄e deſidero
q̄nq̄ȝ abſentē ꝑpendo. Dico ꝙ ieſus dilect⁹
tu⁹ ſe q̄nq̄ȝ ſubtrahit a te ꝓpter tria. Primo
vt tu cognoſcas tuā fragilitatē q̄s ſis a te. et
quid a deo. Mā hō q̄nq̄ȝ credit ſe talia hr̄e a
ꝓpria natura ſicut ſanctitatē pulcritudinē. cō
tinentiā. fortitudinē. deuotionem ꝛ hmōi cō
ſilia. q̄ tn̄ nō hꝫ a natura ſed tm̄ a diuina gr̄a.
Vn̄ apl's phil'. iiij. Omnia poſſū in eo q̄ me
confortat. Sequit̄ ex hoc ꝙ nullus dꝫ ſe de
his iactare ex ſpūali ſupbia. ſed ſe hūiliare. ꝛ
ne amittat timere. Scdo ſe ſubtrahit dilect⁹
a te ne eius pn̄tiaꝫ ſentias. vt probet tuā fide
litatē an ꝓpter receſſū iſtū occultū. velis eum
dimittere ꝛ licentiare ꝛ aliū amatorē in cor tu
um accipe. Quia in infideli corde abſentia a
mati generat obliuionem. Vn̄ vulgariter dr̄
ab augen ab hertzen. Tertio vt ardentius q̄-
ras eum Bern̄. Occultat ſe de⁹ vt arden̄⁹ q̄-
rat̄ q̄ſitus cū gaudio inueniat̄. inuent⁹ cū ſo-
licitudine teneat̄. Vn̄ ſpōſa ſalomonis in ab
ſentia ſalo. amore ardens ſurrexit ꝛ diligen̄t
q̄ſiuit ꝑ vicos ꝛ plateas dilectū. ꝛ duꝫ eū in-
uenit. dixit teneā eū nec dimittā. Sic ſpon-
ſa xp̄i dꝫ ſurgere ꝑ amorem ab oībus trāſito-
rijs. ꝛ in omnib⁹ ſolū xp̄m diligenter querere
ꝛ inuentum cum ſolicitudine tenere. ne eum
per conſenſum mali amittat. H

Secūda pars in qua

notat̄ xp̄i ſtricta examinatio fienda in futuro
quā xp̄s iudeis ꝯminat⁹ eſt d. Multa habeo
ꝛc. Moraliter ſic̄ lingua infecta malo hūo
re febrili nō pōt recte ꝛ bn̄ iudicare de cibo et
potu. ſic̄ pꝫ in febricitantib⁹. q̄ dulcia amara ꝛ
ecōuerſo iudicāt. Sic qui infectus eſt mali-
cia. ꝛ errore alicui⁹ vitij. alium iudicare recte
nō pōt. nec etiā dꝫ alium iudicare. iuxta illud
ambro. qd etiā alł' in can̄. iij. q. vij. Iudicet
ille de alterius errore qui nō hꝫ qd in ſe con-
demnet. ꝛc. Exo. xxiij. Nō ſequeris turbam
ad faciendū malū nec in iudiciū plurimorꝫ ac
quieſces ſn̄ie. vt a vero denies. xp̄s igit̄ iuſt⁹
ꝛ innocens qui iuxta dictū petri pctm̄ nō fec̄
nec inuent⁹ eſt dolus in ore eius. potuit iude
os pctōres iudicare. ꝛ eos de pctis corrigere
qꝛ vt habet̄ extra de here. c. qui alium. Nā
qui aliū ab errore nō reuocat. ſeipm̄ errare de
monſtrat. Ille igit̄ errare argueret̄ iudica-
uit errores iudeorꝫ. Sic etiā poſt finē mundi
in generali iudicio iudicabit errores hominū
ſcꝫ qui ꝯſiſtūt in I

Cordis cogitatione.
Oris locutione.
Operis omiſſione
Primo em̄ iudicabit cogitatiões cordis. iu/
xta illud p̄s. Ipe ſcrutans corda ꝛ renes. nõ
em̄ erit aliqua cogitatio hoīs ꝯ diuinã volun
tatẽ. quã ipe nõ videat ꝛ clare intueat̄. nã ſic
in ſpeculo claro oĩa relucent ita in clara diui/
na eēntia oĩa relucebũt cogitata tua. ſiue bo/
na ſiue mala. Vñ recitat̄ ꝙ in ciuitate cartha
ginenſi. ſpeculũ erat q̄dã in q̄ oẽs ad illud
venientes poterãt videri. ꝛ maxime cum ibi
malefactores eſſent. ꝛ tũc melius apparebat.
Sic in iudicio extremo apparebit ſpeculũ di
uinitatis. ſcʒ eſſentia diuina in qua idealit̄ re/
lucebunt oĩa cogitata bona ꝛ mala. ꝛ ſp̄ealit̄
tunc mala nr̃a apparebũt ad vltiõem ꝛ puni/
tionem. Vñ ſap. i. Qui loquit̄ iniqua nõ po
teſt latere nec ꝑteribit illũ corripiens iudiciũ
in cogitatiõibus em̄ impij interrogatio erit.
Sed q̄rit̄ an mala nr̃a reluceãt in eēntia diui
na. ſicut bona. Et videt̄ ꝙ nõ. qꝛ q̄ in eēntia
diuina relucent. ꝛ q̄ deꝰ i eēntia ſua recog̃ſcit
ſunt ibi. ſed mala nr̃a nõ ſunt in eſſentia diui
na. nec ꝑ eſſentiã nec ꝑ ſiliтudinẽ. Cũ deus
eſt iuſtus iudex. ꝛ punit pctõres ꝓpter mala
cognita. igit̄ rñdet rich. de media villa ſuper
ſ͠nīam. in. iij. ſuo diſ. xxxvi. Qd̄ ſi deꝰ appro
bando mala non nouit. certiſſime tñ nouit in
menda ea. Vñ iob ad deũ loquens. c. xl. dic̄
Nulla te latet cogitatio. nec tãtuʒ intendebat
ibi de bona. ſed etiã de mala. qꝛ tñ malũ ſub
rõne mali qua malũ ẽ priuatio eſt. igit̄ ideam
nõ hʒ in deo ſed cog̃ſcit̄ ꝑ ideã boni ſic tene/
bra ꝑ cognitiõeʒ lucis. vt vult aug. d̄ di. no. c
vij. dicens. Lux ſm̄ cãm in ſeipſa tenebraruʒ
cognitionẽ ꝑambiuit nõ aliũde videns tene/
bras q̄ʒ a lumine. Et iõ qñ dr̄ in oppoſituʒ ꝙ
malũ nõ eſt in deo. ꝛc̄. dicit rich. ꝙ q̄uis ma
licia nõ ſit in deo. nec ꝑ eēntiã nec ꝑ ſimilitu/
dinẽ ꝓpriã. tñ ſiliтudo bonitatis ſibi oppoſite
k ꝑ quã cog̃ſcit̄ eſt in deo. Scd̄o dñs iudi
cabit locutiões oris. Nã nihil erit locutũ ꝯ
diuinã volũtatẽ de qua hoīes nõ opteat red/
dere rõem. Et h̄ eſt qd̄ ipe dñs dic̄ math. xij
Dico aũt vobis ꝙ om̄e v̄bũ ocioſũ qd̄ locu/
ti fuerint hoīes reddent rõem de eo in die iu
dicij. Ex verbis tuis iuſtificaberis. ꝛ ex v̄bi/
tuis cõdemnaberis. Cõſidera igitur o pecca
tor qualem rõnem reddere poteris de multis

v̄bis ocioſis. vanis ꝛ ſcurrilibus. detractiõi
bus ꝛ blaſphemijs. ꝛc̄. De quibꝰ oĩbus gra/
uiter punieris. ꝛ g̃ ad exhortationeʒ p̄s. ꝓhi/
be linguã tuã a malo. ꝛ la. tua ne lo. do. Nam
natura linguã in cuſtodiã poſuit in eo ꝙ qua
ſi duplici muro clauditur oſſeo ꝛ carneo. ad
oſtendendũ ꝙ ſũma cuſtodia hñda eſt. ꝛ añ/
q̄ʒ opus ſuũ exerceat ꝙ duplex examinatio p̄/
cedere debeat. Primo em̄ dʒ cõſiderare an
ſit licitũ. Scd̄o an ſit expediens. Et ille ſunt
due vie ꝑ quas ſermo trãſire dʒ. de quibꝰ in
p̄s. Dixi cuſtodiam vias meas. vt nõ delin/
quã in lingua mea. poſui ori meo cuſtodiam
ꝛc̄. Vñ abbas paphꝰ ſic narrat̄ in li. ix. hiſto/
rie tripartite cũ eſſet ſine lr̃is. acceſſit ad quẽdã
vt addiſceret. ꝛ cũ deueniſſet ad iſtũ verſum.
Dixi cuſtodiã vias meas ꝛc̄. dixit ſe ſatis di
diciſſe. nec oʒ vlterius addiſcere ſi illã lectio/
nem poſſet bñ ſcire. Vñ eccl. xxv. Beatus
vir qui hĩtat cũ muliere ſenſata. ꝛ qui lingua
ſua nõ eſt lapſus. ꝛ iõ bene inſenſatꝰ eſt ꝛ mi/
ſer. qui nimiũ linguã relaxat ad v̄ba inania.
ſic diues qui hac de cã iuſto dei iudicio ĩ lin
gua cruciabat̄ in flãmis infernalibꝰ. luc. xvi
Tertio dñs iudicabit oĩa opa nr̃a tã ꝯmiſſa
q̄ʒ omiſſa q̄ oĩa manifeſta erunt añ eum. añq̄ʒ
ſniam ꝓferat ꝯ pctõrem. Sic em̄ iudex ordi/
narius dictare ſniam nõ dʒ ꝯ reum. niſi cõui/
ctus fuerit ꝑ legitima documenta. aut ꝑ eui/
dentiã facti. aut ꝑ cõfeſſiõeʒ ꝓpriã. aut teſtes
aut inſtrum̄ta vt dr̄ extra de ꝯſti. eccl̄ia ſancte
Sic iudex xp̄s ꝯ nullum dabit ſniam dã/ L
nationis. niſi ꝑ euidentiã ꝑfectorꝫ. ꝛ ꝑ propriã
ꝯfeſſionem pctõꝝ pctõr oñdat̄ que oĩa in tua
ꝯſciã quaſi inſtrumento notificabunt̄ in con/
ſpectu iudicis. ꝛ oĩm alioꝝ hoīm. licet antea
fuerint occulta. luc. xij. Qd̄ in tenebris dixi/
ſtis in lumine dicet̄. Huius exemplum habe
mus de dauid. q̄ tã adulterium q̄ʒ homicidiũ
occultiſſime ꝑpetrauit cũ berſabee vxore vrie
ꝛ vria. ꝛ ſtatĩ poſtea miſit dñs ad eũ nathan
dicẽs. Tu feciſti abſcõdite. ego v̄o faciã ver
bum iſtud in ꝯſpectu oĩs iſrl̄ ꝛ in ꝯſpectu ſo/
lis. ꝛ ſic ꝑ penã manifeſtã declarabo culpam
tuã. Et ſic ꝑ penã manifeſtã detegit̄ qñq̄ʒ pec
cator. Sʒ quõcunq̄ʒ ſit in p̄ñti. ſaltem in iu/
dicio nõ p̄ot latere. Vñ anſ. in ſuis meditati/
onibꝰ. latere eſt impoſſibile apparere intolle/
rabile. Sed dubitat̄ an pctã ꝑ penitenti/ M
am ꝯdonata ſint etiã in iudicio reuelanda. et

videtꝛ ꝙ nõ. qꝛ q̃d tectũ eſt videri nõ poteſt. ſed pctã ꝑ penitentiã cõdonata ſũt tecta. ſicut dicit glo. ſuper illud pſ. Beati quoꝝ remiſſe ſunt iniquitates. ꝛc. In oppoſitũ eſt glo. ſup illud. i. coꝛ. iiij. Manifeſtabit cõſilia coꝛdiũ glo. dicit ꝙ geſta ⁊ cogitata bona ⁊ mala. tũc nota erũt omnibus. Itẽ berñ. tractans illud idẽ verbũ dicit. Cunctaqꝫ cũctoꝝ cunctis archana patebũt. Ad hoc ꝯcoꝛdãt oẽs doct. ſancte eccl̃ie. ꝙ omnia tã bona q̃ȝ mala nota erũt omnibus. Et rõ eſt ad manifeſtã liberationẽ diuini iudicij declarandã. qꝛ oſtenſio maloꝝ in bonis ẽ ad manifeſtationẽ diuine miſericoꝛdie pri⁹ ipenſe. Sicut ſi rex miſiſſet tibi centũ lib. ꝓ vno obulo. nõne ſi gratus eſſes narrares bñficiũ regis omnibus amicis tuis dicens eis. regratiamini regi ꝓ me in tãto tenebar ⁊ ꝓ tanto mihi remiſit. Eodẽ autẽ mõ ꝓ pctõ moꝛtali merebaris penã eternam. ⁊ remiſit tibi ꝓ pena tpali. q̃ nullã cõparationẽ ad penã eternã hꝫ multomagis illud beneficiuȝ debes velle manifeſtari. Oñſio vero bonoꝝ ad manifeſtationẽ iuſticie vt videatꝛ ꝙ nullũ bonũ manet irremuneratũ. ⁊ ecõuerſo in malis erit oñſio maloꝝ ad manifeſtationẽ diuine iuſtitie tunc p̄miãtis. oñſio bonoꝝ ad manifeſtationẽ diuine miſcdie ꝑcentis ⁊ p̄miantis. Hec tñ oñſio nec cedet in infamiã vel verecũdiã. ſed ad gr̃aꝝ actionem in bonis. ⁊ ad dei gl̃iam ſaluantis ⁊ liberãtis. Vñ. ij. coꝛ. v. Oẽs eñ nos manifeſtare opoꝛtet ante tribunal xp̄i. vt reddat vnicuiqꝫ ꝓpria coꝛpis ꝓut geſſit. ſiue bonũ ſiue malũ. Ad arg. dõm. ꝙ pctã dicuntꝛ tecta quo ad erubeſcentiã nõ quo ad ſciam. q̃ȝtũ ad punitionẽ. nõ q̃ȝtũ ad cognitionẽ. Vñ ex q̃ q̃libet ſanct⁹ gaudebit de liberatione tua a pctõ magna materia gaudij a beatis ſubtraheretꝛ. ſi ignoꝛarent gr̃am tibi factã. Et ergo deus ſic põt facere ignẽ approximari cõbuſtibili ſine cõbuſtiõe ⁊ ſuſpẽdere cauſalitates reꝝ q̃ñ vult. Sic põt facere notitiã pctõꝝ moꝝ in ſingulis. ⁊ q̃d tu idem ſcias ſine erubeſcentia ⁊ alij ſine ſcandalo vel vituperio.

Tertia pars in qua

xp̄s iudeis declarauit ſuam paſſionẽ per eos in cruce inferendam dicens. Cũ exaltaueritꝭ filiũ hominis ſcꝫ in cruce. viſa gl̃ia mea. quã ſupple oñdam reſurgendo. aſcendendo. tunc cognoſcetis ꝙ ego ſũ xp̄s. i. meſſias vobis ex lege ꝓmiſſus. tũc aliq̃ ex vobis in me credẽt cognoſcentes ꝙ ego ſũ fili⁹ dei. quia meipõ nihil facio. ſed ſic docuit me pr̃ qui verax eſt ſic facio. Moꝛaliter in hac ꝑte inſtruimur qualiter hõ rõnem ſuã exaltare ⁊ eleuare dꝫ ad cognitionem occultoꝝ ſupnaturalium ab iſtis ſenſibilib⁹. Eſt nãqꝫ magna drĩa intꝛ hominem ſcientẽ ⁊ ſapientem. ⁊ hoĩem ignarũ ⁊ ignoꝛãtem. qꝛ ſciens ⁊ intelligens ꝯuenienter ⁊ ꝓprie dr̃ hõ. cũ ſibi ꝯpetat ꝓprie diffinitio hominis q̃ eſt animal rõnale. i. animal q̃d vtitꝛ rõne. ignoꝛãs aũt ⁊ ſolũ ſenſualitꝛ viuẽs vt brutũ nõ dr̃ ꝓprie rõnale. ſed ſenſitiuũ. qꝛ ſolũ ſenſibilibus vt alia irrõnabilia vtitur ⁊ dr̃ ꝓprie brutũ. qꝛ caret rõne. Dꝫ g̃ filius hominis ad hoc ſtudere. vt ⁊ ipſe exalteꝛ ad rõeȝ ⁊ ſciat ⁊ intelligat. qꝛ ſcḋm Egidiũ de roma in ꝓlogo ſuo ſup elencoꝝ. ab hũana natura degenerat qui ſcire ⁊ intelligere nõ affectat. eſt eñ ignoꝛãtia mr̃ cunctoꝝ erroꝝ. vt dr̃ i cañ. di. xxxviij. c. ignoꝛantia. Opoꝛtet g̃ filium hominis ab ignoꝛãtia ad ſcientiã ⁊ rõem exaltari vt cognoſcat.

M

O

Paganorum vanitatem.
Iudeoꝝ cecitatem.
Chriſtianoꝝ veritatẽ. Dico nãqꝫ p̄mo ꝑ rõeȝ ꝯſiderare paganoꝝ vanitatẽ. Nã vanitas eorũ pꝫ ex eo. ꝙ nulla rõne ꝓbabili vel temptatione carnali peccauerunt pctõ idolatrie. ſꝫ qꝛ omnino euanuerũt in ſenſibus ſuis. obſcuratũ eſt coꝛ inſipiens eoꝝ. ⁊ idola coluerũt aliq̃ ſolem. lunã ⁊ alia ſidera. aliqui igneȝ ſic chaldei. Nã ſic in quibuſdã hiſto. ſcholaſ. inuenitur chaldei ignem adoꝛantes. ad hoc etiã alios cogebãt ꝑ modũ iſtũ. obtulerũt quibuſcũqꝫ negantib⁹ igneȝ ⁊ aliũ deũ colentibus pugnã. ita vt ſi deus eoꝝ ab aliq̃ vinceretꝛ eius culturã admitterent. ſi vero ignis qui fuit deus eoꝝ alioꝝ ꝯſumeret idola. ipſi ad igneȝ colendũ ſe ſemꝑ obligarent. Iſto audito canopei in egipto qui idolũ belli coluerũt. depoſuerunt de capite idoli ſui coronã aureã. ⁊ ſup caput ſuũ q̃dã vas teſteũ poſuerũt. et illud multis foraminibus ꝑfoꝛauerũt. ⁊ cũ cera obturauerũt. Venerũt igitꝛ chaldei ad illd̃ idolũ examinandũ. poſuerũt ignẽ ⁊ ſtatim in foraminibus cera liquefacta deſcendit aqua et ignem extinxit. ⁊ ſic p̄ualuerunt idola canopi cuiuſdã ciuitatis egipti. ⁊ illi ꝑmiſſi ſũt dein-

cepꝫ idolis ſuis. Sic tali mō ⁊ multis vani/
tatibus excecati deū verū nō coluerūt. Unde
ſap. xiij. Uani ſūt oīs homines in quib⁹ nō
ſubeſt ſcientia dei. ⁊ de his q̄ videntur bona
nō potuerūt intelligere eū qui eſt. neq̄ opib⁹
attendentes aſcendentes agnouerūt q̄s eſſet
artifex. ſed aut ignem. aut ſpūm. aut aerē. aut
girū ſtellarū. aut nimiā aquā. aut ſolem. aut lu
nā. rectores orbis terrarū deos putauerūt. in
quibus verbis ſapiens rep̄hendit fatuitatem
gentiliū philoſophorū. de eo ꝙ nō cognouerunt
deū eē mundi creatorem. Cū em̄ effect⁹ dedu
cāt in notitiā ſue cāe. ⁊ ipi totaliter fuerūt oc/
cupati ad inueſtigandū cās rerū in hoc culpā
di ſunt ꝙ ad primā cām deuenire nō potuerūt
P Sed qualiter eſt ꝙ philoſophi ad cogno
ſcendū deū eſſe ſufficientes nō fuerūt cū nec
xpiani qui ſoli vnius dei veri notitiā habent
ad hoc ſufficiāt. Ad hoc dixit holgot. Ꝙ ſtio
ꝙ deū eſſe nō eſt p aliā rōnem demonſtratū
hucuſq̄ nec deū eſſe creatorē mundi. ſed qui
cunq̄ ad deū innocenter ſe hn̄t. ⁊ rōnem na/
turalem exercent ſtudendo. nec diuine gratie
obicē p̄bent de⁹ eis ſufficienter ſui cōicabit
notitiā. ſic ꝙ eis ſufficiat ad ſalutem. Exēpla
de hoc habent̄ d̄ cornelio cui miſſus eſt petr⁹
de paulo cui miſſus eſt ananias. qui ſic ſe di/
ſpoſuerūt ꝙ reuelatiōez ⁊ inſpirationē d̄ vno
deo meruerūt hr̄e. Et iō dōm ꝙ ſit culpa ho
minis qui hꝫ vſū rōnis. ſi nūq̄ eueniat ꝙ no
titiā de deo habeat. ſaltem quāta eſt neceſſa/
ria ad ſalutem. Dico ſecūdo ꝙ oꝫ p rōem
ꝯſiderare iudeorū cecitatem. Nam pagani vel
gentiles lege nature viuentes ſm̄ ſenſū ſatis
mirabiliter errauerūt idolatrando. Infelic⁹
tn̄ iudei qui altius exaltati. vt hoīes vtentes
rōne ⁊ lege diuina directi errauerūt. auerten
tes ſe a vero deo ⁊ viuo ad idola vana ⁊ ficta
⁊ ad opa manuū ſuarū. Unū ſap. xiij. Infelices
ſunt ⁊ inter mortuos eſt ſpes illorū qui appel/
lauerūt deos opa manuū hoīm aurū ⁊ argen/
Q tum ⁊c. Et merito dicunt̄ infelices iudei
idolatre. q2 vt meretrice dr̄. Tres infelices ī
mundo dicim⁹ eſſe. Infelix qui pauca ſapit
ſpernitq̄ doceri. Infelix qui multa ſapit ſp/
nitq̄ docere. Infelix qui recta docet opat̄/
q̄ inique. Et oībus iſtis modis. iudei idola/
tre infelices fuerunt. Primo quidē quia cū
pauca ſaperent de deo ſpreuerūt deum p illa
inueſtigare. ⁊ ſic ſe ⁊ ſuos docere. Itē q2 cū
multa recta docerent de lege. legem tn̄ nō ſe/
quebāt̄ inique idola muta adorādo. Di/
co tertio ꝙ oꝫ exaltari filiū hoīs p rōnem ad
veritatē xpianorū. Nō em̄ ſufficit xpiano ſta/
re cū paganis in ſenſibilib⁹. nec cū iudeis ī le
gib⁹. ſed oportet eū ſup ſenſus ⁊ leges ī ado/
ratione ſua exaltari. vt imaginē q̄d ipe vene/
rat̄ nō vt pulcrū. precioſum. aureū vel argen/
teū. ⁊ hmōi honoret. ſed p rōnem imaginata
⁊ figurata cōſideret. ad que iſtū honorem re/
feratur. Unde adoratio ⁊ honor qui cruci ex
hibet̄ nō refert̄ ad ipam crucē in ſe. ſꝫ in paſ/
ſionem in ipa ſignificatam cuius ipa ſignum R
exiſtit. a qua totā ſanctitatem aſſumpſit quē/
admodū adoratio imaginis. b. virginis. non
ad materiā illā. ſed ad figurā quā ſignat refer
tur ſm̄ ꝙ honor ſibi exhibitus ad ipſum qui
eſt ex ipa incarnat⁹ reducit̄. Scdōm etiā iſtū
modū iſta certamina ſcōrū in pictib⁹ depicta
honorāda ſunt quātū ad fortitudinem ⁊ zelū
virtutis eorū ad glīaꝫ dei. ⁊ illa dꝫ eē intentio
adorantis. alias idolū vt pagan⁹ adoraret et
peccaret mortaliter. Sꝫ cur eccl̄ia admit/
tit adoratiōem imaginū cū tn̄ de⁹ hoc ꝓhibe/
at in lege. Exo. xx. in primo mādato dī. Non
facies tibi imaginē vel ſculptā ſilitudinē. ſi g̃
ꝓhibitū eſt imaginē fieri. multomagis ado/
rare. Dicit do. bonauen. in. iij. ſuo ſup magi
ſtrū. di. ix. Q̄d imaginū introductio in eccle
ſia nō fuit abſq̄ rōnabili cā. Primo ꝓpter ru
ditatem ſimpliciū vt ſimplices qui neſciunt
ſcripturas legere. in huiuſmodi picturis tan/
q̄ in ſcripturis aptius poſſint ſacra nr̄e fidei
legere. q2 hmōi imagines ſūt lr̄e laicorū. vt di
citur de cō. diſ. iij. platū. Scdo ꝓpter tardi/
tatem affectuū. ſ. vt hoīes qui nō excitant̄ ad
deuotionem in his que pro nobis xp̄s geſſit.
dū ipa aure pcipiunt. ſaltem excitent̄ dū ea/
dem in figuris ⁊ picturis tanq̄ p̄ñtia. oculis
corporeis cernūt. plus em̄ excitat̄ affectus nr̄
p ea que videt. q̄ p ea que audit. vñ oratius
Segnius irritant aīos dimiſſa p aures. q̄ q̄
oculis ſubiecta fidelibus. ⁊ que ipſe ſibi tra/
dit ſpectator. Tertio ꝓpter memorie labilita
tem. q2 ea q̄ audiunt̄ ſolū facilius obliuioni
tradunt̄ q̄ ea q̄ vident̄. Nā frequent̄ verifi/
cat̄ illud in multis q̄d dr̄. q̄d intrat p aurem
vnā exit per aliam. propterea nō eſt ſp preſto
q̄ bn̄ficia nobis p̄ſtita ad mēoriaꝫ reducat p
verba. iō diſpenſatione dei ordinatum eſt. vt

imagines fierent p̄cipue in eccl'ijs. vt videntes eas recordent̄ de bn̄ficijs impensis. ⁊ ſanctoꝝ opeꝝ ⁊ virtutũ. Pro cuius cõfirmatiõe narrat damaſ. duo. Primũ ꝙ q̄dã hiſto. refert ꝙ dñs nr̄ abagaro regi. qui p̄ pictorẽ miſit imaginem dñi figurare qui ꝓpter faciei eꝰ choruſcatiõem ĩpeditꝰ veſtimentũ ꝓpriũ faciei diuine ſupiponens. in veſtimento illo ſui ipſius imaginẽ abſterſiſſe ⁊ ita cupienti abagaro miſiſſe. Et iteꝝ accepimꝰ lucã euãg. depinxiſſe dñm ⁊ mr̄em eiꝰ. Et ſic pꝫ ꝙ nõ ſunt adinuentiões ſed ſũt diuine traditiões ⁊ apl'ice ſanctiões. Ad arg. dõm. ꝙ ꝓhibitũ fuit p̄ eo tp̄e in q̄ deꝰ naturã hũanã nõdũ aſſumpſit tũc eñi deꝰ cũ oĩno ſpũs eẽt infigurabilis erat ⁊ iõ ipm̄ ſic figurare. error erat ⁊ ĩpietas. vñ damaſ. qꝛ deꝰ ꝓpter viſcera miſcõie ſue factꝰ ẽ hõ. et cũ hoĩbus ꝯuerſatꝰ eſt. miracula fec. paſſus eſt. crucifixus ẽ. hec ad memoriã hominũ ſcripta ſũt. ⁊ ad nr̄am doctrinã. qꝛ vero nõ oẽs noſcunt lr̄as. neq3 lectioni vacãt. patres decreuerũt velut quoſdã triũphos ima-

S ginibus deſcribere ad felicẽ memoriã. Sꝫ cur nõ adoramꝰ hoĩem qui repñtat imaginẽ dei vel alias res viuentes. vt lapides ligna q̄ ducũt nos in deũ ꝑ veſtigiũ trinitatis. Dõm ꝙ res nõ adorat̄ rõe nobilitatis quã in ſe hꝫ. ſed rõne nobilitatis quã ſignat. Et ſi quedã ſunt q̄ nos inducũt p̄ imaginẽ vel veſtigiũ in deũ. qꝛ tñ principaliter nõ ſũt inſtituta ad huiuſmõi repñtatiões. ſicĩ imagines ⁊ picture iõ talia nõ adoramꝰ. Cum ergo exaltaueritis filium hominis. per rõnẽ cognoſcetis omnia.

Feria tertia poſt Reminiſcere.

Super cathedrã

moiſi ſederunt ſcribe ⁊ phariſei. Oĩa igit̄ q̄ dixerint vobis facite ſm̄ vero opa eoꝝ nolite facere. Matth. xxiij

T Philoſophꝰ dicit. vi. de aĩalibus. ꝙ caput eſt ſubtilioris ⁊ prioris ſanguinis pre ceteris mẽbris vniuerſis. Qñ igit̄ caput ex impulſione ſanguinis egrotat cetera mẽbra dolent. Sic capita tã ſpũalia q̃3 ſecularia q̄ hñt ſubditos regere. dñt eẽ priores ⁊ ſanctiores vite ⁊ exemplaris. Cuiꝰ rõ eſt. qꝛ ſicut caput modico impulſu alia mẽbra ꝑturbat. ſic p̄latus ſuo malo exemplo multos trahit ad inferos. di. xl. Si papa. Vñ gl'a. in quodã apparatu iuris. Talis naq3 in ordine vita ſit abbatis. vt in omni p̄ cunctis ſubditis ſemp̄ polleat ſanctitate. Talibꝰ igit̄ p̄latis in verbis et factis ẽ obediendũ. ſcãdaloſis aũt vt ſũt ſcribe ⁊ phariſei in verbis tm̄ ⁊ nõ factis. ſic dñs dicit in verbis p̄miſſis. Querit̄ an ſubditi teneant̄ ſuis ſupioribus in oĩbus obedire. Dico ſine argu. cũ doctoribꝰ ꝙ virtus ⁊ efficacia p̄cepti eſt. ꝙ ſubditus ẽ neceſſitate obediat p̄cepto ſupioris vel p̄lati. al's peccat mortaliter vt habet̄. xi. q. iij. ſi aũt. Hoc aũt intelligendũ quotienſcũq3 p̄latus p̄cipit licitũ ſꝫ deũ ⁊ ſm̄ officiũ qđ principaliter dꝫ exercere circa correctiõem ⁊ ſalutẽ animaꝝ. Si autẽ aliquid p̄cipet qđ eẽt ꝯ deũ ⁊ ſalutem anime nullo mõ eſſet obediendũ. Qꝛ vt dr̄ act. v ⁊ extra de ma. ⁊ obe. cũ in eccleſijs. Obedire deo magis oportet q̃3 hoĩbus. Exemplum huiꝰ habemꝰ. i. mach. ij. vbi dr̄ ꝙ antiochus rex miſit libros p̄ nuncios in hi'rl'm. ⁊ in oẽs ciuitates iude. vt ſequerent̄ leges gentium ⁊ ꝓhiberent olocauſta ⁊ ſacrificia fieri in tẽplo dei. ⁊ ꝓhiberent celebrare ſabbatũ ⁊ dies ſollennes ⁊ coinquinari ſancta. ⁊ ſcm̄ ppl'm iſrl' ⁊ iuſſit edificare aras ⁊ templa ⁊ idola ⁊ coinquinari animas eoꝝ in omnibꝰ imũdicijs. ⁊ q̄cunq3 nõ facerent morerent̄. In quibꝰ tamẽ matathias obedire noluit dicens. Et ſi oẽs gentes obediũt regi ãtiocho vt diſcedat vnꝰquiſq3 a ſeruitute legis pr̄m ſuoꝝ. ⁊ aſſentiãt mandatis eiꝰ ego ⁊ filij mei ⁊ frẽs obedienꝰ legi pr̄m nr̄oꝝ. Sic ⁊ ſancti fecerũt qui añq̃3 p̄ceptis principũ obedirent adorãdo idola. mortem ſuſtinuerũt. Sic qñ p̄latꝰ p̄cipit hoc qđ eſt ꝯ ſalutẽ animaꝝ ⁊ ꝯ deũ. ſic freq̄nter fit. ſubditꝰ nõ dꝫ obedire ĩmo potꝰ mortem eligere q̃3 in illo obedire. Illicita eñi nõ obligãt. vt habet̄ inſti. de ma. prin. C. illud dr̄ ibi illud quoq3 obligatoriũ non eſt qđ ꝯ bonos mores eſt. ⁊ g̃ vt dr̄. i. reg. xxij. Ad p̄ceptum ſaul ſerui eius noluerũt occidere. lxxxv. ſacerdotes in nobe. que erat ciuitas ſacerdotũ. qꝛ in hoc nõ habuerũt rõnabilem cãm occidẽdi. Sed q̄ eſt cã rõnabilis. vt aliquis excuſet̄ ab obedientia põt dici vt habet̄ extra de reſcriptis ſi qñ. ꝓpter capitales inimicitias paupratẽ. infirmitatẽ. debilitatẽ. vel qꝛ ſine ſcãdalo. vel magno dãno. vel incõmodo exequi nõ põt qđ iniũgit̄. ſi ſubditꝰ habet hmõi cãm nõ obediendi. eã tñ ſignificare ⁊ exponere dꝫ hũiliter ſupiori p̄cipienti ſi põt. ſi aũt nõ põt

V

X